sui ab omni malo opere. Sed et
ego pergam ad dispensationem
meam et dabo panem omni terre
ne deficiat a conspectu famis.
Et abierunt utrique viam suam.
Venitque aseneth super torrentem
et sexcenti viri cum ea. Et sur-
rexerunt insidie et interfecerunt
eos in ore gladii. Et fugit ase-
neth in antea et beniamin cum
ea. Superveniunt. Evasitque unus
de sexcentis viris qui erant
cum aseneth et cucurrit et
annunciavit quod factum est levi
et fratribus eius. Illi vero assu-
mentes omnes qui erant secum arma-
tos et circumcincti gladiis suis
persecuti sunt super equos retro
aseneth et retro fratres suos et
invenerunt in insidiis positos. Et irrue-
runt in eis subito et trucidaverunt
plurimos eorum in ore gladii et
reliqui dispersi sunt fugeruntque a
facie eorum. Fratres vero illorum filii an-
cillarum intraverunt densitatem
calami et absconsi sunt in eo.
Beniamin vero sicut erat super
currum aseneth cum ea videns
filium pharaonis venientem super
aseneth ut teneret eam lapidem
de torrente arripiens et iactans
in eo percussit eum in sinistra tempore
et deduxit eum de equo super
terram quasi mortuum. Videntes
autem filii pharaonis cadentem

qui erant cum eo castres sagitta-
rii dispersi sunt sub densitatem
calami et absconsi sunt in eo.
Videns vero beniamin symeon
et levi venientes ad se confor-
tatus est et consolatus est ase-
neth verbis consolationis.
Postquam vero appropinquave-
runt salutaverunt aseneth et beniamin et interrogaverunt eos si vidissent
fratres suos filios ancillarum
volentes occidere eos. Aseneth
vero intelligens quod fratres suos
querit interficere mitigavit fu-
rorem illorum verbis pacificis
dicens. Ne faciatis hanc re-
o viri quia fratres vestri et de gene-
ris patris vestri sunt. Et si inter-
feceritis fratres vestros et patrem
vestrum contristabitis et ob-
probrium omnibus hominibus eritis.
Hec dicens aseneth mitiga-
vit furorem eorum. Illi vero
elevantes filium pharaonis
a terra et lavantes eum a san-
guine plage imposuerunt eum
super equum et colligaverunt eum
et alligaverunt ligaturisque vulnus
eius. Deduxeruntque eum patri
suo pharaoni et narraverunt
ei omnia verba ista. Pharao
autem gratias egit eis quia non
interfecerunt eum. Et factum est
tercia die mortuus est filius
pharaonis de vulnere lapidis

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 431, 21, fol. [6]r – <i>Joseph et Aseneth</i>; Petrus Alphonsi, <i>Disciplina clericalis</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-3les/7158/58120)